Quelle: http://manuscripta.at/?ID=917
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



domine deprecantes: ut
cum epularum restrictione
carnalium. a noxiis quoque
voluptatibus temperemur.
Tui nos domine Comp. P.
sacramenti libatio sancta
restauret: et a vetusta
te purgatos. in mysterium
salutaris faciat transi
re consortium. P do. Feria
secunda Flectamus genua.
Convertere nos deus sa
lutaris noster: et
ut nobis ieiunium qua
dragesimale proficiat.
mentes nostras celestibus in
strue disciplinis. P do.
Munera quesumus domine Secr.
oblata sanctifica: nosque
a peccatorum nostrorum maculis
emunda. P dom. Alia.
Accepta tibi sit domine nostre
devotionis oblatio: que et
ieiunium nostrum te operante
sanctificet: et indulgentiam
nobis tue consolationis
obtineat. P do. Compl.

Salutaris tui domine mu
nere saciati supplices ex
oramus: ut cuius letamur
gustu. renovemur effec
tu. P domi. Sup ppl'm.
Absolve quesumus domine nostrorum
vincula peccatorum: et quicquid
pro eis meremur. propicia
tus averte. P dom. Feria
tercia Flectamus genua.
Respice domine familiam
tuam et patrem: ut apud
te mens nostra tuo desiderio
fulgeat. que se carnis ma
ceratione castigat. P do.
Oblatis quesumus domine Secr.
placare muneribus: et a
cunctis nos defende peri
culis. P dom. Compl.
Quesumus omnipotens deus:
ut illius salutaris capi
amus effectum: cuius per hec
mysteria pignus accepi
mus. P do. Sup ppl'm.
Ascendant ad te domine pre
ces nostre. et ab ecclesia tua
cunctam repelle nequiciam. P.